apoſtolicæ conſtabit, per eundem epiſcopum & cancellarium ſub nomine & bulla D dictæ ſynodi poſſint & debeant expediri, quatuor deputatis nationum ſibi aſſiſtentibus: & hoc, niſi ex libro ipſo promotionum ſecundum ſtylum cancellariæ appareat obſtaculum, uel aliàs canonicum impedimentũ. Præmiſſis uero lectis, fuit reſponſum per dominos epiſcopos deputatos nomine quatuor nationum, ac dominum Ioannem epiſcopum Oſtienſem nomine collegij cardinalium, Placet. Contradicente tamen reuerendo patre domino Helia Anicieñ. epiſcopo pro ſe, & domino Dominico de Raguſio, ambaſiatore & nuncio archiepiſcopi Spalateñ. qui duo in huiuſmodi ſtatutum ſuper prouiſionibus ad patriarchales &c. non conſenſerunt. Et dominus Dominicus dixit ipſum ſtatutum ſecundum omnia ſua uerba non placere, & præſertim ultimam clauſulam, uidelicet: Et hoc, niſi ex libro promotionum ſecundum ſtylum curiæ appareat obſtaculum.

SESSIO VIGESIMA SVPER MONITORIO CONtra ducem Auſtriæ pro epiſcopo Tridentinenſi.

ANNO à natiuitate domini milleſimo quadringẽteſimo decimoquinto, indictione uero octaua, die iouis uiceſimaprima menſis Nouembris, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori eccleſia Conſtantienſi, præſidente in eadem reuerendiſſimo in Chriſto patre domino Ioanne epiſcopo Oſtieñ. ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinali & uicecancellario. Fuitq; decantata miſſa ſolennis de glorioſa uirgine Maria, per reuerendum patrem dominum Antonium epiſcopum Zo- E poludeñ. Qua completa, fiebant ſolennitates more aliarum ſeſſionum. Quibus expletis, reuerendus pater dominus Antonius epiſcopus Concordieñ. quaſdam legebat monitorij & aliarum ordinationum ſchedulas tenoris ſubſequentis:

al. zopalude.

¶ Decretum monitorij in cauſa Tridentina.

SAcroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, uniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem & omnipotentis dei benedictionem. Grauem querelam uenerabilis fratris noſtri Georgij epiſcopi Tridentineñ. accepimus, cõtinentem quòd illuſtris princeps Fredericus dux Auſtriæ ipſum in canonica poſſeſſione eccleſiæ & ciuitatis Tridentineñ. & oppidorum, caſtrorum, uillarum, terrarum & locorum, iuriumq; & aliorum bonorum mobilium & immobilium, ad eandem eccleſiam & ipſum epiſcopum pertinentium, aliàs ſexdecim annis pacifice exiſtentem, eccleſia, ciuitate, oppidis, caſtris, terris, uillis, locis ac iuribus & bonis hmôi temerarie F & de facto ſpoliaſſet, eaq; nouẽ annis citra detinuiſſet, & adhuc detinet occupatas & occupata, fructus, redditus & prouentus ſubleuando, & pcipiendo ex eiſdem, ac ipſum cepiſſet, & carceribus mancipatum affeciſſet pluribus grauibus uiolentijs ac iniurijs, propter quæ anathematis, ſacrilegij & alias pœnas à iure contra talia perpetrantes promulgatas incurriſſet, quibus inſorduiſſet per longa tempora, & inſordet de præſenti, nonnullasq; promiſſiones ac etiam certa iuramenta & literas tempore ſuæ captiuitatis, & ante ſeu poſt, in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ dictæq; eccleſiæ Tridentineñ. damnum non modicum, ab eodem epiſcopo incuſſionibus & metu extorſit. Et ulterius idem Fredericus nuper dum inter ſereniſſimum principem Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ipſum Fredericum ducem poſt executionem iuſtitiæ cõtra eundem Fredericum, per dictum dominum regem factam, ſubmiſſionis tractatus firmaretur, ſe iuramenti uinculo aſtrinxiſſet, quòd ſi quæ perſonæ tã eccleſiaſticæ q̃ ſeculares dicto regi de ipſo Frederico cõquererẽtur, & ab ipſo rege ſibi peterẽt iuſtitiæ cõplementũ miniſtrari, ipſe Fredericus dux ſtare deberet ordinatiõi dicti regis, & facere quæ dict⁹ rex diceret & ordinaret, quod qdẽ licet rex ipſe dicto Georgio epo de pmiſſis grauiter corã eodẽ cõquerẽte decreuiſſet & ordinaſſet, ꝙ ipſe Frederic⁹ dux eccleſiã, ciuitatẽ, oppida, caſtra, uillas, terras, loca ac iura & bona

huiuſ